

bus sublatam esse appellationem affirmat Ruginell. tractat. de appellat. 2. versiculo duodecimo quero, sequitur Scaccia de appell. d. quast. 17. lim. 1. n. 38. & a n. 43. ubi late prosequitur Gratian. in discept. forens. tomo 1. c. 4. num. 9.

109 Quibus & finitima est illa clausula (remota sit omnis querela) vel (non possit querelari) quibus verbis sublatam censei appellationem, affirmant omnes, Decius in d. c. personas, nota 4. in fin. n. 7. de appellat. Lancelot. Robert. de attent. 2. p. c. 12. limit. 8. nu. 4. Ruginell. de appellat. d. §. 9. gloss. 2. n. 8. quos referens sequitur Scaccia d. q. 16. limit. 1. nu. 35. Hieron. Gonzales in reg. 8. de men. gl. 9. in annotat. 218. Cæsar Contard. in d. l. unica, in notabilib. sub num. 23. Cod. si de mom. possess. fuerit appellat.

110 Et prædictis adde illam clausulam (non admittatur ejus defensio) seu (non possit se defendere) quia his verbis evidenter appellatio sublatam censetur, Ruginell. tract. de appell. §. 9. gl. 2. num. 9. vers. 6. Scacc. de appell. q. 16. limit. 1. n. 4. ex eo, quia appellatio est species defensionis, ut illi probant, l. 1. ff. de appell. c. cum speciali. 61. §. porro de appell. Bilsignet. decisione ulti. num. 3. de appell. Socin. conf. 39. capio primum, num. 9. lib. 4. Alexand. conf. 113. viso themate, num. 1. lib. 5. Maran. in specul. 6. part. verbo & quandoque appel. num. 247. fol. 496. Philipp. Franc. in rubric. de appellat. num. 24. versiculo sed tamen dubitatur, Alberic. tractatu de statu, lib. 4. qu. 53. num. 3. & num. 4. tom. 2. fol. 74. Abb. in rubrica de appell. qu. 4. num. 20. de appell. Rebuff. tract. de appell. in præfatione, num. 84. Ergo sublato genere defensionis, ejus species sublata intelligitur, ut dicunt Scaccia & Ruginell. locis citatis.

113 Et convenit illa clausula (sine aliqua censura, & oppositione) quibus verbis sublatam esse appellationem, scribit Ruginell. tractatu de appellat. §. 9. gloss. 2. sub nu. 17. sequitur Scaccia de appellat. q. 16. limit. 1. num. 53. & licet Rugin. d. n. 17. versiculo decimam; dicat, idem est, quando dicitur (ad satisfactionem condignam faciat observari, &c.) ego multum dubito, nisi illa clausula sit apposita, re jam judicata.

115 Altera clausula erit, nempe (liberè procedatur) vel (liberè facias, &c.) quia ex maxima efficacia, & natura hujus dictionis liberè (de qua nos late egimus loco modo citato) inter alios ejus effectus hic non minor est, ut tollat appellationem à dispositione, cui adjicitur, Bald. & Anton. de Butrio, in c. irrefragabili, in princ. de offic. ordin. III. in l. si filium 19. sub nu. 9. vers. secundo facit, C. de inoffic. testam. & contra Franc. contrarium tenentem in rubrica de appellat. numero 26. versiculo sed quid si, dicentemque licere appellare, ubi subit justa causa appellandi, insurgit Decius in c. 1. num. 77. vers. nam dictum eorum, de rescriptis, Ruginell. tract. de appell. §. 9. gloss. 2. num. 11. & 12. quem sequitur Scaccia de appellat. q. 16. limit. 1. nu. 41. & 42. Hieron. Gonzal. in regul. de mensib. & alter gloss. 53. num. 11. & per text. in c. cum in cunctis, §. cum vero, text. in cap. extirpande, §. qui vero, eodem titulo, & in eorum interpretationem, & declarationem exactissime de natura hujus clausulæ & dictionis (liberè) egimus infra, 3. part. cap. 7. à num. 22. versiculo secundo, & pro hac mea opinione, ubi de privatione beneficii incompatibilis appellatione non obstante tractavi.

116 Nec est ferendus Scaccia ubi proxime, dum videtur innuere, hanc clausulam tunc habere hunc effectum tollendi appellationem, quando alia supradictis, vel dicendis ei adjicitur, sed fallitur: quoniam virtus, & natura præfate dictionis (liberè) de per se magna est adductis per nos d. cap. 7. & doctores citati: & quia tunc jam non ei, sed potius clausulæ adjectæ attribueretur effectus.

117 Pariter etiam clausulam (absque lite fiat restitutio)

intelligitur sublata appellatio. Bald. & Boffius, quos citat, & sequitur Contard. d. l. unica notabilibus, nu. 22. & quod verba (sine lite) importent, quod sequitur declaratione judicis, nulla detur appellatio scribit Corneus in decis. Lucen. 193. in causa N. nu. 2. in fin. sequitur Bald. consil. 330. l. 1. Scac. de appellat. quast. 16. limit. 1. n. 34. Ruginell. tract. de appellat. §. 9. gloss. 2. 118 q. 16. num. 46. ubi etiam de his verbis (sine lite, & litigio) ut tollant appellationem, tollit teste Carpan. ad statu. Mediolan. ad causas crimin. c. 368. num. 9. Cornaz. d. decisione 193. num. 3. quod idem important verba (procedatur de plano) Cels. Ugon. tract. de claus. num. 8. fol. 495. Redoanus tractatu de spol. Eccles. q. 11. n. 17. tom. 14. fol. 253. & de clausula (sine te, statim & ex officio) idem dicit Lancelot. Robert. de attent. 3. p. c. 28. num. 69.

Similiter etiam clausula (suo libero arbitrio committimus, &c.) importat appellationis prohibitionem, quia à iudice habente liberum arbitrium, non libet appellari. Felin. in c. super his, el. 1. num. 8. & sequentibus de accus. Menoch. tractatu de arbit. jud. lib. 1. q. 17. num. 13. Simoncell. tractatu de decreto lib. 1. tit. 1. num. 8. tom. 6. part. 2. fol. 291. Scaccia de appell. qu. 17. limit. 1. n. 1. fol. 451. Magonius decis. Lucens. decis. 42. statim sub num. 21. versicul. quia quid, plures citat Ruginell. tractat. de appellat. §. 9. gloss. 2. quast. 14. num. 43. vers. secus autem, & seqq. ubi etiam loquitur de mero arbitrio, & de pleno arbitrio, Farinac. in pract. crimin. lib. 1. quast. 1. num. 50. vers. amplia igitur, & nos late diximus infra 3. p. c. 13.

Et ex identitate rationis idem dicimus de clausula (procedas de facto) quæ tribuit liberam, & absolutam potestatem, refert & sequitur Menoch. tractat. de arbit. lib. 1. qu. 7. num. 69. versiculo nono liberam. & comprobatur Scac. de appellat. quast. 16. limit. 1. num. 65. & sequentibus, & quod hæc clausula (procedatur de facto) tollat appellationem, tenet Scaccia ibi num. 64. Bald. 121 consil. 330. statuto cavetur, sub nu. 7. lib. 1. Anguis. consil. 76. de trib. n. 12. & seq. lib. 1. Cornaz. dicta decis. 193. in causa. sub n. 2. vers. 1. quia, Ruginell. tract. de appell. §. 9. gl. 2. qu. 21. nu. 66. Et ita communiter tenent Doctores, quia clausula (procedatur de facto) excludit litem, & sic non excluderetur, si admitteretur appellatio.

Et eodem modo clausula (super quo conscientiam tuam oneramus) quæ omnino tollit appellationem. Franc. in rubr. de appell. num. 11. Felin. in c. super his, num. 15. limit. 4. de accus. fall. 13. Nicell. tract. de concord. glossa concor. 6. fall. 22. num. 63. tom. 18. fol. 193. Rebuff. tract. de appell. art. 3. gloss. unic. num. 2. & 3. Tiraquell. de retract. lignagier. §. 4. gl. 1. nu. 11. Gregor. Tolosa tract. de appell. lib. 3. c. 15. num. 1. & seq. fol. 347. Marquell. de commiss. cap. 6. num. 53. & 55. fol. 74. Lancelot. tract. de app. 2. part. c. 12. limit. 10. versicul. 1. & sequentibus, 123 & num. 10. Ruginell. tractat. de appell. §. 2. c. 2. num. 67. versiculo dabitur appel. absque eo, quod teneatur jurate iudex, quod ita sua dicitur conscientia, prout de stylo testatur Gregor. Tholosa. de tractat. de appell. lib. 3. c. 15. n. 5. vers. ego dubito, quem sequitur Scac. de app. quast. 17. limit. 15. sub n. fin.

Ac iterum verba illa (mox, statim, protinus, incontinenti, illico, confestim, sine mora, sine intervallo, sine ulla procrastinatione) ut quodlibet istorum verborum sublata esse appellationem, scribit Ruginell. tractatu de appell. §. 6. gloss. 2. qu. 18. num. 49. ubi mirabiliter de his clausulis, & aliis omnibus, quem sequitur Scaccia de appell. quast. 16. limit. 59. ubi num. 61. de verbo, celeriter, sive aliis similibus, quæ celeritatem desiderant, quæ excludunt appellationem, ut ex Castro, & aliis, refert, & sequitur Ruginell. ubi proxime, quast. 17. n. 48. Bald. consil. 330. statuto cavetur, sub n. 7. lib. 1. Cornaz. in Lucens. decisione 193. in causa N. nu. 2. versiculo 1. quia, & nos variis locis diximus, præsertim infra

fræ, 3. p. c. 11. de devolutione, versiculo rursus, & ad idem plura jura n. 24.

126 His adde clausulam in rescripto appellationem appositam, nempe (paritis literis, parito iudicato sine præjudicio legitimæ executionis) quæ tunc solent apponi, quando simus in casibus merentibus executionem, à quibus est appellatum per condemnatum, quia ejusdem clausulæ virtute conservatur iudicis inferioris jurisdictio, quæ quidem licet post ad executionem effectivam deveniri, non obstante appellatione, absque reatu attentari, de quibus clausulis late Marquella. de comm. 2. part. c. 5. de commissione appell. n. 12. Hieronymus, Gonzalez in reg. de mens. gloss. 9. in annota. à n. 221. & 247. ubi late, & optimè post plurimos, quos citat, de quibus etiam vide Scaciam tractatu de appell. q. 19. rem. 1. consil. 4. n. 9. & q. 19. rem. 2. à nu. 71. cum infinitis seq. usque ad 129. & idem in q. 17. limit. 6. memb. 7. n. 22. & 142. & seqq. & limit. 9. num. 51. & nos etiam diximus infra, 3. part. cap. 2. à num. ... & aliis locis, amplissimè Marefco. var. resol. l. 1. cap. 86. & c. 87. per totum.

127 Quid autem erit dicendum de clausula (super quo adhibeas consilium sapientis) vel (pronunties secundum consilium sapientis) an à sententia lata de consilio sapientis liceat appellari, omnes tamen affirmant; dubitant tamen; quando partes consentiunt ut feratur sententia secundum consilium sapientis, & Nicell. de concord. gl. concord. 9. fall. 11. num. 45. tomo 1. fol. 192.

128 negativam amplectitur: sed contraria opinio verior est, secundum B. in l. 1. §. quæstionem est, in fin. n. 7. & ibi Alexand. in addit. ff. de appellat. idem Bartol. in l. ex consensu, sub n. 3. ff. eodem, in l. si convenerit, versus finem; n. 5. ff. de re judic. Abb. in cap. causam que, n. 4. Felin. n. 2. versiculo non prohibentur, de sententia, & re judic. Franch. in c. intimasti, n. 11. in fin. & Decius n. 19. de appell. Catald. tractatu de syndicato, num. 165. versiculo primus, tomo 7. fol. 359. Socin. consil. 24. visis, ac diligenter, sub nu. 1. ubi de communi testatur, qui etiam loquuntur, quando consultor de consensu partium sit electus, Nicell. tract. de concord. gl. concord. 6. fall. 73. sub n. 119. fol. 196. de communi testatur Alex. in d. l. si convenerit n. 13. Marquell. tr. de commissio. appell. pen. super divers. capi. c. 28. n. 46. fol. 302. late Pac. Scal. tr. de appell. §. 2. c. 3. nu. 220. & etiam si partes expressè consenserint, de stando sententie ferendæ de consilio sapientis, quia adhuc datur appellatio, late post alios Pac. Scal. ubi proxime, l. 4. c. 13. tomo 5. p. 2. fol. 349.

131 Quod fallit nisi partes promississet, stare consilio sapientis, quæcunque sit. Bald. in l. tale pactum, §. qui provocavit, col. 1. vers. item ex prædictis, ff. de pactis, Franc. nec intimasti, in fin. n. 11. & Decius n. 20. de appell. Alex. in d. l. si convenerit, n. 13. de re jud. Felin. in c. causam que, n. 2. de re jud. Nicell. de concord. gl. concord. 6. fall. 102. n. 142. Catal. tr. de syndic. n. 169. fol. 360. facit doctrina Lanceloti de attent. appellat. pend. ampl. 2. n. 14. & 15. & Ruginell. de appell. §. 9. gl. 1. c. 1. n. 25.

132 Fallit secundo, quando relatio consultoris, seu consilium sapientis stet facta de voluntate partium; scilicet; quando partibus esset apertum votum, seu sententia, vel eis esset notus ejus tenor, & nihilominus consentiunt, ut iudex sententiam ferat secundum illud consilium, quia tunc non poterit appellari. Scal. tr. de consil. sapien. l. 4. cap. 19. vers. caterum si lata sententia, tomo 5. p. 1. fol. 305. & sentit Socin. consil. 24. sub nu. 4. vers. que conclus. l. 1. Catal. tract. de syndica. sub n. 168. ibi, certè si partes, tom. 7. f. 360. & ita esse intelligendum Nicell. de conc. gl. 6. fall. 73. n. 119. fol. 196. dicit Scaccia de appellat. q. 17. limit. 12. n. 12. seqq.

133 Et supradicta declarata, ut à pronuntiatione, quæ committitur causa consilio sapientis, à tali pronuntiatione affirmativa non est licita appellatio, secus à pro-

nuntiatione negativa, puta; causam non esse committendam consilio sapientis, quia tunc possit appellare, optimè Scal. tr. de consil. sap. l. 3. c. 1. vers. præterea quod magis est, tom. 3. p. 1. fol. 342. Ruginell. tr. de appell. §. 2. c. 3. n. 19. fol. 84. Scac. eodem tract. qu. 17. limit. 12. n. 14. & 15. ubi secus dicit post Scal. à gravamine informatione puncti remittendi.

Quas quidem clausulas omnes hactenus dictas in discursu hujus capituli digito ligatas habe, quia passim deservire ad plurium jurium poterunt, & dispositionum interpretationem, & declarationem, prout & per nos videbis in discursu hujus tractatus.

Illud non omitam, quod consuetudo potest inducere, ut sententia aliquo casu de jure communi non privilegiata possit exequi, appellatione non obstante, Antoni. Aug. decis. 3. l. 1. Marefco. var. resol. l. 2. cap. 64. à n. 16. latius de hac re egimus infra, hac 2. p. c. 13. à n. 276. cum seqq.

CAPUT IX.

A compositione, seu diffinitione, quam facit Ordinarius Ecclesiasticus in controversia super præcedentia in processionibus, tumulandis defunctis, confraternitatibus & similibus actibus; appellationi emittæ; an si non deferatur, violentia fiat.

SUMMARIUM.

- 1 Controversia in processionibus, & similibus actibus componuntur per iudicem Ecclesiasticum, appellatione non obstante.
- 2 Controversias ortas in confraternitatibus tam laicorum, quam clericorum, potest componere Ordinarius Ecclesiasticus, appellatione non obstante.
- 3 Actiones spirituales sunt ordo incedendi in processionibus, ferendi Crucem, & similia.
- 4 Argumentum de preparatoris ad preparata valet.
- 5 L. æquissimum ff. de usufruct. & ejus remedium multum consonat dispositioni Concil. Trident. sess. 25. cap. 13.
- 6 Compositio controversiarum ex Concilio Tridentino provenit ex mero iudicis officio inter contententes, sed debere esse priori loco, armisque defendentes suam quasi possessionem.
- 7 Compositio ex Concil. Tr. controversiarum durat pro illo instanti, dum lis sive coepita, sive incipienda disceptatur, tam super possessione, quam super proprietate.
- 8 A compositione per Ordinarium facta controversiarum juxta Trident. appellationi non deferens vim non facit.
- 9 Compositio controversiarum ex Trident. magis est actus extrajudicialis.
- 10 Dicitio (Controversias) verificatur in extrajudicialibus.
- 11 Compositio controversiarum juxta Trid. nullum requirit libellum.
- 12 Compositio controversiarum secundum Conc. Trident. non requirit judicalem informationem, sed extrajudicalem, partibus ad id non citatis.
- 13 Extrajudicialis actus non recipit appellationem.
- 14 Compositio controversiarum in processionibus, tumulandis defunctis, & similibus celerem expeditionem desiderat.
- 15 Compositio controversiarum ex Trident. debet fieri brevi manu, summarie, ne strepitus & figura iudicii.
- 16 De quarum clausularum natura qui videndi, remissivè.

Composi-

- 17 Compositio controversiarum ex Tridentino nullum prestat prejudicium, sed est remedium preparatoriu iudicio petitorio, aut possessorio.
- 18 Compositio ita fiet, ut religiones, sive Confraternitates consuetum locum habeant.
In honorariis patissimum locum obtinet consuetudo, ibid. Consuetudo designat locum cedendi, eundi, & standi, ibid.
- 19 Procedendi tam in publicis, quam in privatis actibus quasi possessio attendenda est in controversiarum compositione, appellatione remota.
- 20 Quasi possessio eundi, & cedendi honorabiliore loco, & in aliis actibus spiritualibus, acquiritur per unicum actum.
- 21 Solum esse dicitur per duos actus.
- 22 Solum concedi, ut dicatur, an requirantur dua concessiones.
- 23 Insolitum dicitur, quod nunquam factum fuit, solum autem, quod aliquando.
Actus mercantie quod requirantur, ut mercator quis dicatur, ibid. remissive
- 24 Prelatio offerendi prius, vel recipiendi pacem vel sedendi excelsiori loco, & aliorum spiritualium de jure acquiri potest.
- 25 Prelatiam aut scammum in Ecclesia mulier an, & quando acquirere possit.
- 26 & 27 Præcedentia, quasi possessione cessante, confraternitates, qua prius sacris use sunt, preferuntur.
- 28 Religiosi non mendicantes præcedunt mendicantes.
- 29 Religiosi mendicantes præcedunt alios mendicantes, qui postea in illa Civitate sua monasteria construxere, cessante quasi possessione eisdem.
- 30 & 31 Bulla Pii V. per quam Fratres ordinis Prædicatorum præcedere omnes mendicantes, erat dispositum, revocata est.
- 32 Mendicantium mentio ubi fit, semper præmittitur ordo Prædicatorum, qui inter mendicantes commemerantur.
- 33 Ordo Prædicatoru fuit ante omnes Minoru approbatus.
- 34 Præcedunt digniores, ubi de quasi possessione non appareat.
- 35 Præcedunt Canonici regulares omnes monachos in sedendo aut loquendo in publicis, aut privilegiatis actibus.
- 36 Vita activa an excedat vitam contemplativam.
De prelacione inter monachos qui videndus, ibid.
- 37 Preferendi an sint clerici seculares regularibus, aut religiosis.
- 38 Clericorum cæter dignior an sit cæter monachorum.
- 39 Preferuntur clericis secularibus in processibus, & c. cum antiquitas status inspicitur.
- 40 Religio quanto magis arcta majoris humilitatis intuitu debet aliis præstantiorem locum cedere.
- 41 Controversia majoris humilitatis intuitu inter quasdam religiones refertur.
- 42 Controversia refertur inter Capucinos, & Jesuitas, contententes humiliori loco se omnes stare debere, ubi Christi autoritate comprobatur.
- 43 Canonici Cathedralis preferuntur canonicis collegiatis Ecclesie.
- 44 Canonici Cathedralis dicuntur clerici primi gradus, Canonici collegiatis clerici secundi gradus.
Etiam si sint clerici Capelle Regie, ibid.
- 45 Canonici secundi gradus preferuntur Parochis.
- 46 Parochus preferitur clericis mercenariis, & Capellanis.
- 47 Clerici seculares preferuntur religiosis.
- 48 Confraternitas dignior preferitur minus dignioribus, cessante anterioritate, & quasi possessione.
- 49 Confraternitas habens statutum nobilitatis, aut puritatis sanguinis, aliis in dubio preferitur.
- 50 Nobilitatis ratio etiam in spiritualibus habetur.
- 51 Confraternitas Advocatorum, & Doctorum preferuntur aliis in dubio.

- 52 Confraternitas Advocatorum qua preferitur militum.
- 53 Præcedentia causa, & rationes, apud quos videnda sint, tam inter Ecclesiasticas personas, quam seculares, & de variis questionibus.
- 54 Rectores Ecclesie parochialis in sua Ecclesia in iis, qua suum munus continent, omnibus indistincte, præferuntur, cessante consuetudine.
- 55 Rectores in sua Parochia præferuntur Canonicis collegiatis accedentibus processionaliter ad Parochiam certis diebus.
- 56 Rector in propria Ecclesia veluti in propria domo dicitur Imperator, & Rex.
- 57 Major debet cedere minori, dum est in domo minoris.
- 58 Archiepiscopus in diocesi Episcopi debet hæc honorare.
- 59 Aequales in dignitate in proprio territorio sibi invicem preferuntur.
- 60 Rector in sua Parochiali Prelatus dicitur.
- 61 Rector in sua Parochiali tantam habere potestatem, quantam Prelatus collegiatis cum capitulo.
- 62 Beneficium Curatum magnam dicitur habere præeminentiam.
- 63 Parochialis in impetrationibus, & aliis requiritur specialis mentio.
- 64 Rector in sua Parochiali non præfertur capitulo Cathedralis.
- 65 Canonici Cathedralis præferuntur Abbatibus regularibus in processibus.
- 66 Ecclesia Cathedralis exercet Sacramenta omnia, & pro eisdem quilibet potest accedere absque licentia, seu injuria sui Parochi.
- 67 Episcopus cum omnibus Parochis concurrens, habetque curæ animarum exercitium.
- 68 Abbates in sua Ecclesia non præcedunt capitulum Cathedralis.
- 69 Religiosi in sua Ecclesia præferuntur Canonicis collegiatis circa officia defunctorum, non autem Cathedralis processionaliter congregatis.
- 70 Monachi an possint cum capa, & Cruce processionaliter ingredi Parochiam, ad exportandum cadaver eligentis apud ipsos sepulturam.
- 71 Monachi non habent territorium nisi intra ambitum sui monasterii.
- 72 Processiones non possunt facere regulares extra claustra sui conventus.
- 73 Religiosi in tantum eximuntur à jurisdictione Ordinarii, in quantum sibi cõceditur in privilegiis, non aliter.
- 74 Processiones regularium extra claustra potest Ordinarius impedire, cessante consuetudine, aut privilegio.
- 75 Parochiam alienam ingredi quis non potest ad aliquod officium divinum exercendum sine licentia Rectoris.
- 76 Parocho proprio pertinet portare cadaver eligentis sepulturam in alia Ecclesia.
- 77 Processionaliter cum capa, & Cruce posse religiosos intrare parochiam alienam ad exportandum cadaver apud eos eligentis sepulturam, qui asserunt.
- 78 Que magis vera opinio sit, & usu receptor.
- 79 Rector cum capa, & Cruce potest in exportando cadaver in Ecclesiam Religiosoru, in qua elegit sepulturam, & in monasterii porta accipit à Parocho ultimū vale.
- 80 Consuetudo potest operari, ut religiosi vocati ad funus portent Crucem, quavis apud se cadaver non sepeliatur.
- 81 Parochi absque licentia funus levare non potest, anteaquam per eum dicatur antiphona Subvenite.
- 82 Stola est significativa potestatis Rectoris, qua idem operatur in Rectore, quod pallium inter Episcopos.
- 83 Rector, vel alter, qui desert stolam in tumultandis defunctis, aliis præfertur.
- 84 Rectoris substitutus deferens stolam in tumultandis cadaveribus, aliis præfertur.
- 85 Parochi absque licentia non potest funus levare nisi jubente ipso per asperisionem aqua.

Parochus

- 86 Parochus potest surripere Cruces, & alia processionalia tollere, religiosis processionaliter accedentibus ad suam parochiam, pro tollendo cadavere eligentis sepulturam apud religiosos.
- 87 Parochus primo facit officium in Ecclesia dicendo orationes, & intonando primo versus.
- 88 Parochus præfertur, quando defertur funus extra suam Parochiam.
Parochi præferuntur etiam Canonicis collegiatis, ibid.
- 89 Parochus in præjudicium Ecclesie, aut successorum, an possit amittere, vel non utendo, vel consensiendo renuntiare juri Prelationis.
- 90 Parochi successores possunt contravenire facto invalido antecessoris.
- 91 Parochus potest præcedentiam peritiam per prædecessores recuperare.
- 92 Finis, cui conceditur, censetur concessum necessarium ad finem consequendum.
- 93 Sepeliendi jus habens potest etiam per alienos fundos, & territoria deferre cadaver.
- 94 Casus de facto refertur, de quodam subdito mortuo in alterius parochia, ut sit à proprio Parocho extrahendus, si commode fieri queat.
- 95 Inter Parochos duos, quando sit locus præventioni in funerando corpus Parochiani utriusque.
- 96 Et quid si præventio nulla sit, quomodo controversia diffiniatur.
- 97 Componi controversia non potest in tumultandis defunctis, ut cadaver exhumeretur, etiam per attentatum, cum sit expectanda diffinitiva.
- 98 Compositio Ordinarii juxta Concilium, etiam si non habeat præ oculis, que hæc capite dicta sunt, non desinit habere executionem.
- 99 Compositio ex Trid. sess. 13, cap. 25, de regular. super controversi. non recipit appellationem suspensivam, secus de voluntivam.
- 100 Componere potest Ordinarius controversias in processibus, sed non punire delicta, & vulnera commissa per exemptos, aut laicos.
- 101 Componere controversias juxta Tridentinum ortas inter Religiosos potest Episcopus, si ex eisdem oriatur scandalum, secus si non oriatur.
- 102 Ad processiones publicas omnes exempti etiam vocati accedere debent, nisi strictiori clausura viventes.
- 103 Ad processiones publicas etiam clerici servientes in Ecclesiis equitum Hierosolymitanorum compelluntur per Ordinarium, accedere.
- 104 Ad processiones publicas non compelluntur regulares, qui absunt à Civitate ultra dimidium milliare.
- 105 Ad processionem non coguntur exempti, qui sunt nullius diocesis, vel extra civitatem in loco habente plebem.
- 106 Ad processiones non compelluntur regulares, ubi non accedendi consuetudinem habent legitimam.
- 107 Ad processionem publicam clericos seculares, etiam exemptos, si habeant beneficium simplex in diocesi, compellit Ordinarius.
- 108 Et quid in clericis nullam habentibus beneficium, sed officium in Ecclesiis.
- 109 Ad processiones generales an possint regulares compelli per censuras, & alias penas.
- 110 Ad processiones alliciuntur, & incitantur confraternitates laicorum, non tamen compelluntur, nisi ex voto teneantur.
Contraria opinio verior, ibid.
- 111 Processiones ad publicas tantum potest Ordinarius accedere, compellere aliquos.
- 112 Processiones publicæ que sint, & quales particulares & de materia processionum, remissive.
- 113 Processiones, ut religiosi compellantur accedere, debet fieri ex gravi causa.

Controversias omnes de præcedentia, quæ persæpe cum scandalo videmus, inter Ecclesiasticas personas tam seculares, quam regulares, cum in processibus, tum in iis, quæ fiunt in tumultandis defunctorum corporibus, & in deferenda umbella, & aliis similibus, Episcopus amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscunque componat, & c. ita disponendo, decrevit sacrum Concilium Trident. sess. 25. cap. 13. incipit, controversias omnes, & c. hoc idem tenent Gratian. decis. 212. numero 3. cum duobus sequentibus; Perez de Lara in suo celebri, & utili tractatu de anniversariis, & capella. l. cap. 24. numero 29. & num. fin. Anton. Gama decis. 1. numero 8. Zerola in praxi Episcopali, verbo processiones, versiculo ad tertium principale, in prin prima parte, fol. 286. decisio Rotæ novissima in declarationem Concilii edita 88. & melius decisio 11, quæ decisiones inter declarationes Concilii sedent recollectæ per Farinacium, Emmanuel Rodriguez nova regula tomo 3. quest. 37. articulo 3. per eum Barbosa in remissio. ad idem, c. 13. num. 2. & per idem Trident. ac declarationem Cardin. firmat Joan. Hieron. Campanill. diversor. jur. canon. rubr. 13. numero 120. & c. 12. num. fin.

Quod quidem Trid. capit. & decretum omnes intelligunt, & extendunt ad confraternitates quascunque, etiam laicorum, ut in eis Ordinarius Ecclesiasticus possit pariter componere controversias, & tumultus incidentes & contingentes, & quod inter eos definierit, esse appellatione remota, cessantibusque reclamacionibus, subterfugiis, & aliis hujusmodi executioni mandatum, ita decrevit Gregorius XIII. in sua Bulla 86. fol. 1323. Zerola loco proxime citato, d. versiculo ad tertium principale, per totum, dictam Ballam referens ipse ibi Gratian. in dec. 232. n. 1. quem ad id referens etiam sequitur Perez de Lara dist. c. 29. num. 26. & 31. quibus congruit Joan. Gutier. præli. question. canon. l. 1. c. 35. Campanill. diversor. jur. cano. rubr. 12. cap. 13. nu. 122. & magis in terminis de appellationibus sublati hoc casu; idem Campanill. rubr. c. 12. n. 13. ad quod adducit in terminis constitutionem Gregorii XIII. quam sine ratione in contrarium sensum curat deviare vide Campanill. dist. cap. 12. n. fin.

Ex quo enim modus, & ordo incedendi in processibus, ferendi Crucem, & similia sunt actiones spirituales, ut affirmat Navar. consil. 3. num. 6. de foro comperen. l. 2. quem sequitur Lara dist. num. 29. in quibus judicio Episcopi laici subsunt, cum in eorum cognitione rebuque, & actibus spiritualibus judices laici, ut incapaces nullam habent potestatem, c. 1. & cap. 3. de judiciis, bene quidem, 96. dist. ideò nihil mirum, ut hæc compositio, ut preparatorium ad actionem, sive in possessorio, sive in petitorio intentatam, vel intentandam, eidem pariter competere & pertinere dicatur, ex argumento de preparatoriis ad preparata, quod solent communiter deducere Doctores ex c. cum infirmitas, de penitentis, & remissio. leg. ad legatum, & leg. ad rem mobilem, cum ibi nota. ff. de procurator. & c. quoniam, de sententia excom. l. 6. cum vulgaribus, & ideo judex preparati debet esse judex preparantis, Bald. & reliqui, in l. Ordinarii, num. 2. 3. & 4. C. de rei vindicatio. Giurba dec. 113. & n. 8. Gratian. discept. for. 175. à n. 25.

Cum decreto autem d. Concil. Trident. nihil in jure magis concors esse potest, quam text. in leg. aquissimum, & ejus remedium ff. de usufruct. juncto §. fin. l. antecessoribus, à qua ortum habet, & dependet, ubi querit ibi, sed si inter duos fructuarios sit controversia. Respondet in d. l. aquissimum, sequi, ibi; Cur enim, inquit Julianus, ad arma, & rixam procedere patiar Prætor, quos potest jurisdictione sua componere? Quam sententiam velus quoque lib. 18. Digestorum probat, & ego puto veram, & c. à quo textu plura remedia hæc similia originem traxisse, probant Doctores protinus allegandi: ad idem etiam